

(:)<sup>2r</sup>

---

ILLVSTRIBVS GE  
 NEROSISS. D. D. D.  
 PRZECHIO, BOHVSLAO,  
 ADAMO, GERMANIS FRATRI-  
 bus, Liberisq; Baronibus ab Hod-  
 diegowa &c.  
 S.P.  
 PRODIT ecce, Gene-  
 rofiffimi Addefcen-  
 tum, fub amabiliffi-  
 mo nominis veftri tu-  
 telâ Cornelius Tacit-  
 us lingua Germani-  
 ca: non quod ipfi abhorreatis à ge-  
 nuina; fed quei tantò iucundius ab e-  
 iufdem ore pendeatis, in fructi hoc  
 filo quali Ariadnæo; contra obfcu-  
 riorum locorum labyrinthum. Quid  
 (:)<sup>2</sup> quod

(:):2<sup>v</sup>

---

DEDICATIO.

quod & eadem operâ testari libuit  
obseruantiam affectionemque erga  
vos, imo & letitiam atque exultatio-  
nem, natas mihi ex hac vestrâ vere  
sublimi indole. Vix constituti estis in  
limite iuuentutis, & eo iam tamen  
ascendistis, ut excellentiam dignitatem  
conferendam potissimum arbitremi-  
ni, non aduentitia fortunæ pompa,  
sed animorum dote interna. ideoque  
noctes diesque versamini in literis, ver-  
samini cum literatis; nec quidquam  
ducitis, antiquius quàm ex peregri-  
natione ista longinquiore reportare  
domum, non honores, non opes,  
non alia, sed nomen Docti, nomen  
Boni. Multum profecto debetis nar-  
taræ vestræ bonitati, plus adhuc pa-  
rentum educationi, ob rectam hanc  
erectamque mentem, paucis admo-  
dum datam, negatam verò infinitis:  
Quotus enim quisque est ordinis ve-  
stri,

(:)<sup>3r</sup>

---

DEDICATIO.

ſtri, qui eruditionem omnem æfti-  
met colatque, tanquam diuinarum  
hum anarumq; rerum, ſi non paren-  
tem, at magiſtram, at moderatricem:  
ſine qua ſcilicet ipſamet Virtus, aut o-  
mnino mutila, aut parum ornata in-  
ſtructaq; ad vſum ſuum, ad vſum a-  
lienum? Equidem à multis annis nul-  
los vidi vobis hac iudicii rectitudine  
comparandos. Quare inſiſtite, eia,  
Illuſtres Domini huic, viæ, huic cur-  
ſui. reperietisque re ipſa nihil æque  
clarare antiquiſſimi generis præroga-  
tiuam, nihil æque extollere heroica-  
rum actionum glorioſum apicem,  
quam multiplices in omni diſcipli-  
narum genere progreſſus. Omnem  
quidem Ordinem honorat honeſtat-  
que liberalium artium cognition; ſed  
nullum tamen magis eo, cuius fidei  
ac prudentiæ falus ac felicitas publica  
inniti debet. Plane, ſi cellæ poteſta-

(:) 3 tes

(:)<sup>3v</sup>

## DEDICATIO.

tes exactissime officii sui munia omnibus numeris implere cupiant, à quibus ea, obsecro, hauriant aut plenius, aut fidelius, quàm à mutis illis magistris, quàm à confiliaris illis dudum defunctis? Recordamini modò memoriam Hiftorie veteris, Hiftorie recentis; inuenietis & eminētiffimos quoſque veldoctiffimos, vel doctiffimis familiariter amicos: quorum exempla cùm quotidie vobis feliciter ob oculos ponat Ephorus veſter D. Ioannes Filiczkius, vir ac poeta examuffim optimus, nihil reſtat, quàm vt & ipſorum gnauiter inſtituti veſtigii; non minore Patriæ veſtræ emolumento, quàm familiæ ſplendore: è qua cùm iſto ac ſuperiore ſæculo, vberriſſimus exſtiterit prouentus, viro- rum ſagi togæque artibus tota Bohe- mia vere primariorum; vt turpiſſime ab iifdem degeneraueritis, ſic nõ niſi  
glo-

(:):4<sup>r</sup>

## DEDICATIO.

glorioſſime eodẽm præteriueritis.  
 Quo ipſo tamen grauiffima vobis  
 conſtituta aduerſaria, ob tot Sobies-  
 laos, Bernardos, Bohuslaos veſtros;  
 non modò per patriam terram, ve-  
 rùm & Italiam, Galliam, Hungariam  
 decantatiſſimos: vt omittam Vdalri-  
 cos, Ianos, Wilhelmos, pacis tempo-  
 re ciuibus ſuis minimis iuxtà maxi-  
 miſque viua, generoſi omnis hon-  
 ſtique exemplaria. Nam quid memo-  
 rem auum veſtrum Dn. Bernardum,  
 trium ordine Imperatorum Regum-  
 que Hungariæ ac Bohemiæ à confi-  
 liis ſanctoribus? quid patrem, Dn.  
 Przechium, Sacræ item Cefareæ Ma-  
 ieſtati à confiliis intimis, nec nõ præ-  
 fectum, dum vita Deusque ſinebant,  
 prouinciæ Gurimenſis, ordinisq; fui,  
 vt nemini ſecundum, ſic ſine contro-  
 uerſiâ inter prima lumina Germaniæ?  
 Hi omnes ac ſinguli eos vobis admo-  
 (:): 4 uent

(:):4<sup>v</sup>

---

DEDICATIO.

uent ftimulos, imo faces, vt in ifto fa-  
cro Virtutis ac Doctrinæ cliuo subfi-  
ftere neutiquam poffitis, fed neceffe  
habeatis indefeffo graffari curfu ad  
perenniclarum illud Capitoliũ Ho-  
noris atq; Immortalitatis. quo certe  
paullo poft ftatuemini, non fine Or-  
bis totius plaufu ac dignatione, fi  
Deus optimus maximus, & mentem  
vobis, veltram reliquerit, & ætatulæ  
huic fuccrefcenti robuftiores adiece-  
rit annos. quod ipfum animitus opto  
voueoque, vt par eft fieri ab homine  
honori gloriæq; Hoddiegovvarum  
fauentiffimo.

A. G. L.

C. COR-

(:):5<sup>r</sup>

C. CORNELII TACITI VITA, HONORES ET SCRIPTA.  
 CAIVS CORNELIVS TACITVS, cui vulgo P. prænomen faciunt, non illa Patricia Cornelia gente, sed alia minus illustri natus est, extremis, ut opinio mea fert, Tit. Claudii Imp. temporibus: Pater auuique honores gefferint, & ad Remp. accefferint, necne, ut re vetusta & incerta nihil adfirmem: propius à vero abest, ipsum primum ius imaginis & honores in familiam non nimis illustri intulisse. initium dignitatis illi sub Vespasiano fuit, à quo, Plinio auctore, procurator datus Galliae Belgicae, rationes Principis administravit, quae dignitas equestri ordini diu peculiaris fuit. Reuerfus, à Tito, ut opinor, Quæsturam accepit: certe dignitatem suam quam Vespasianus inchoauerat, auctam & adiutam esse à Tito, ipse in Historiis profitetur: nec aliud suspicari est quam Quæsturam aut si forte Ædilitatem, quia Prætura XIV. demum consulatu Domitiani auctus est. In quo erroris manifestus est eruditus vir, qui Domitiano IX. & Verginio Rufo II. Coff. Prætorem Tacitum constituit. Nam Tacitus quidem ipse in annali XI. diferte ait se XV. vitū S. F. ac tum prætorem ludis sæcularibus Domitiani cum cura adfuisse. Atqui ludos sæculares à Domitiano editos A. V. C. DCCCLXI. id est, quinquennio ipso posterior quam Vertrano placuit, ex monumentis antiquis liquida veritatis est Extant nummi non pauci cum his notis, IMPER. CÆS. FLAV. DOMITIANVS AVG. GERM. PONT. MAXIM. TR. POTEST. VIII. Cos. XIV. LVD. SÆC. FEC.  
 Ad consulatum deinde satis longe interuallo imperante  
 (:): 5 Nerua

(:):5<sup>v</sup>

Nerua peruenit A. V. C. DCCCL. fuffectus in locum demortui T. Verginii Ruffi, illius qui delatum à Germanicis legionibus Imperium conftanter fpreuerat, quem & defunctum pro roftris Tacitus laudauit. Exfulaffe eum fub Domitiano quidam tradiderunt, magis tamen, vt opinor, pro more vulgi, qui magnis uiris infignes cafus ad fingere amat, quam quod eius rei certus auctor fit. Ego legendo non aliud comperio, quam affuiffe eum aliquor annis vrbe, idque eo ipfo tempore quo Iulius Agricola focer eius mortem obierit; Coff. Pompeo Conlega & Cor. Prifco. non tam exfilii neceffitate, vt arbitror, quam tædio temporum & cupidine otii. Nam quod iidem, vt omni ex parte tam anxia diligentia conftet, decennium in exfilio egiffe fcribunt, ac demum exorato Domitiano reftitutum; Latine vt loquar, inanis fabula eft, ac credo eos homines cum hoc fcriberent, indormiffe bello Troiano, & illinc decennia fua fumiffe. Conftat enim apud vigilantes & fobrios, Domitianum à ludis fuis fæculabus, quibus certe Tacitus Pretor Rome adfuit VII. dum taxat annos uixiffe, octauo confpiratione fuorum occifum. Hæc fere in Repub. In priuata uita ifta funt: vxorem duxit A. V. C. DCCCXXX. Vefpafiano IIX. & C. Iulio Agricola Coff. Agricolæ filiam idq; illi ad extremam ætatem concors & tranquillum matrimonium fuit. Liberos haud dubie reliquit, & ex iis nifi coniectura fallor longo interuallo nepotem M. Claudium Tacitum, qui poftea Imp. appellatus eft, (fic enim eum Imperatorem nummi appellant, non vt vulgus P. Annium Tacitū) qui, vt Fl. Vopifcus refert parentem fuum appellare hunc Tacitum folet. Hiftoriæ fcribendæ fenex demum vacauit, cum reliquum ætatis in foro & cauffis orandis egiffet. Ex Plinii Epiftolis & Tacitū in principibus oratoribus fuiffe. & orationes aliquot edidiffe, intelligimus. Æquales habuit, Fabium Quintilianum, vtrumq; Plinium, Iulium Florum, Secundum, Maternū, M. Aprum, Eprium Marcellum, Vipfanium, Mefallam. Scripfit primū omnium,  
vt



(:):6<sup>r</sup>

---

vt pòft docebo, Hiftoriarum libros ab exceffu Neroñis ad Imperium Neruæ, Deinde Annales ab Augufti exceffu ad fidem Neronis. Nominantur & eius Facetiarum libri à Fulgentio, cum hoc fragmento, Cæfi itaq̃ morum eclogio in filiis relicto. Mortis eius tempus nõ expromo: natalem tamen annum propemodum inueni. Odoratus fum ex Plinii Nepotis epiftola, quæ libro VII. Nam ait diferte propemodum ætate æqualem fe Tacito. at Plinius incendio Vefuuini montis, quo auunculus periit, agebat, vt ipfe ait, duodeuiciefimũ annum. Natus ergo Plinius (nam incendium illud fecũdo anno Titi) non dubie anno vr-  
bis conditæ, DCCCXVI. Memmio Regulo & Verginio Rufo Coff. At Tacitus paulo maior natu, quod eadem illa Epiftola teftatum reliquit Plinius. Ergo natus extremo Imperio Claudii, vel potius, initio Neronis: vixeritque, opinor, vel ad Imperium Hadriani. Hiftoriam quidam exorfus eft fcribere pòft mortẽ Neruæ, clarum, quoniam Principio I. Hiftor. vocat Diuum Neruam, qui honos non habetur nifi Principi mortuo.

VETE-